

21. Hogy a' Szőlő fokáig tartó édes  
Bort teremjen. . . . . 56

### AZ ÁSLÓGOLASRÓL.

22. A' közönséges Aslóg készítésnek  
módja. . . . . 56

23. Az Áslóggal való Elésről. . . . . 57

24. Szeretsen Diokból álló Áslógot. - 58

### TÓLDALÉK.


A' Pintzéknek és Hordóknak tisz-  
tán 's egéségesen való tartásáról.

Hogy kellesék a' Pintzét jól meg-tartani. 59

Hogy kell az ürös Hordkóra gondot vi-  
felni. . . . . 60

Egy el-romlott Hordót 's a' t. 60

Az Hordókat miként kell próbálni ha  
tiszta - é? . . . . . 61



LVI. 475a.  
POSITIONES

EX

# IVRISPRVDENTIA

ECCLESIASTICA PRIVATA,

Q V A S

PVBLICE DEFENDENDAS SVSCEPIT

PRAENOBILIS AC DOCTISSIMVS

DOMINVS

## CAROLVSERHARDT,

BOËMVS TREBONENSIS.

IN AVDITORIO IVRIDICO

Mense Iulio anno MDCCLXXIX.

hora IV. pomeridiana.



---

V I E N N A E,  
E TYPOGRAPHEO GEROLDIANO.


OPPUGNABUNT:

REVERENDVS AC PERILLVSTRIS DOMINVS  
SEBASTIANVS WAGNER,  
BAVARVS EGGENHEIMENSIS.

NOBILIS AC DOCTISSIMVS DOMINVS  
CAROLVS SIGISMVNDVS  
NAGY,

EX INCLYTO MAGNO TRANSYLVANIAE  
PRINCIPATV.

PRAENOBILIS AC DOCTISSIMVS DOMINVS  
IOSEPHVS VOLTIGGI,  
EX ISTRIA ITALIAE PROVINCIA,  
IN COLLEGIO S. BARBARAE CONVICTOR.



I.

*et. de.*  
Ere~~ctio~~ & Collatio Beneficiorum Epi-  
scopatu minorum quemadmodum  
~~XXX~~ jure proprio & quasi congenito ad  
Episcopos diæcesanos pertinet, ita de-  
cem primis seculis, quibus collatio Be-  
nificiorum a sacra Ordinatio sejuncta non  
erat, & ipsorum Ordinum Collatio vice  
Collationis beneficiorum fuit, omnis quo-  
que Beneficiorum Collatio apud solum  
Episcopum remansit. *Synops jur. privat.*  
*pos. 11.*

2 ) (

II.

## II.

Et quanquam hujus in conferendis Beneficiis libertas hinc inde parumper imminuta esset, dum seculo octavo & nono invalescente *jure Patronatus* Episcopi Beneficia conferre interdum deberent iis, quos Patroni præsentaverant: at jus ipsum conferendi turbatum demum per *gratias expectativas, ac reservationes Pontificias* plurimum fuit, quæ exeunte seculo duodecimo pedetentim inductæ, postea ita auctæ sunt, ut omnium pene nationum Episcopi ac Principes gravissimas querelas moverent, ac iisdem jure intercederent. *Synops jur. privat. pos. 12.*

## III.

Quarum priores Tridentina Synodus Sess. 24 c. 19. de Reform. sustulit. his vero per *concordata Germaniæ* modus est positus. *Synops jur. privat. pos. 13.*

## IV.

*J s Patronatus* viget etiamnum, continueurque. 1. Jure presentandi Clericum ad Beneficium vacans. 2. Percipiendi alimen-

menta in necessitate. 3. Capiendi locum honoratiorem in Ecclesia & solemnibus ecclesiasticis. 4. Obligatione defendendi Ecclesiam, & ad ejus reparationem concurrendi. *Synops jur. privat. pos. 14.*

## V.

Quapropter etsi in causis juris patronatus controversis jure Decretalium judex competens sit Ecclesiasticus, ex tamen in Austria ad *Regimen excelsum* in Bohemia ad *Curiam Regiam Provinciale majorem* pertinent. *Synops jur. privat. pos. 16.*

## VI.

Beneficio obtento variæ tum *obligationes*, tum *jura in beneficiato* oriuntur. Ac primum quidem jure divino obligatur is ad rite præstandum *officium* beneficio annexum. Id quod si præstare pro eo, ac oportet, non possit, nisi quoque in loco beneficii resideat, eodem jure ad residendum in loco beneficii obstringitur, illamque non otiosam, sed diligentem cum officii

cii expletione conjunctam. *Synops jur. privat. pos. 19.*

## VII.

Ac quanquam olim Residentia perpetua exigeretur, jure tamen novo permissum ea in re aliquid; modo absentiae spatium singulis annis sive continuum, sive interruptum tres menses non excedat in *Episcopatibus*, & *beneficiis curatis*. *Synops. jur. privat. pos. 21.*

## VIII.

Quoniam porro qui in uno beneficii loco residet, nequit simul residere in alterius beneficii loco, relinquitur, ut quæ lex residere in loco beneficii præcipit, eadem & beneficiorum pluralitatem prohibeat. *Synops jur. privat. pos. 22.*

## IX.

Ex Doctrina *Juris publici Ecclesiastici* de jure determinandi *Sacra*, & *Sacrorum Exercitium* nullo negotio intelligitur, cui-  
nam

nam jus determinandi *liturgiam*, *dies festos*, & rem sacramentariam *Baptismatis*, *confirmationis*, *Eucharistiæ*, *Pœnitentiæ*, *Ordinis*, *Unctionis infirmorum*, & *Matrimonii*; determinandi item cultum *Sanctorum*, *jejunia* &c. competat. *Synops jur. privat. pos. 33.*

## X.

Hinc e. g. *Ecclesia* jure statuendi impedimenta *Matrimonii ut Sacramenti* Princeps jure statuendi impedimenta *Matrimonii ut contractus civilis est*, gaudet. *Synops jur. privat. pos. 34.*

## XI.

Hodie eliquati satis juris est, *decimas* jure divino non deberi, etsi sustentatio congrua ministris *Ecclesiæ* debeatur quum nihil æquius, quam ut qui aliorum ministerio se dedit, ab iisdem etiam sustentetur. *Synops jur. privat. pos. 73.*

## XII.